CALENDARIUM Pastorale,

SIVE

ÆGLOGÆ DUODECIM,

TOTIDEM

Anni Mensibus accommodatæ.

Anglicè olim Scriptæ

A B

EDMUNDO SPENSERO

Anglorum Poetarum Principe:

Nunc autem

Eleganti Latino carmine donatæ

A

THEODORO BATHURST,

Aulæ Pembrokianæ apud Cantabrigienses aliquando Socio.

LONDINI,

Impensis *M. M. T. C.* & *G. Bedell*, ad Portam Medii-Templi in vico vulgò vocato Fleetstreet *Anno Dom.* 1653.

Paschale,

SIVE

KALENDARIUM DUODECIM

TOTIDEM

Annis Mensibus accommodatum.

Anglicè olim Scriptum

A

Anglorum Poetarum Principe:

Nunc autem

Eleganti Latino carmine donatum

A

Aulæ Pembrokianæ apud Cantabrigienses aliquando Socio.

LONDINI,

Impensis & ad Portam Medii Templi in vico vulgò vocato Fleet-street.

Anno Dom.

Viro eximio, & verè generoso, FRANCISCO LANE, Armigero, Amico meo singulari, Salutem.

PLura sunt (*Præstantissime Domine*) *quæ me tibi devinxerunt plurimùm; morum candor, omnegenus literatura, & prudentia tua singularis; hæ sunt artes & præstigiæ, quibus facilè te induis in aliorum pectora, quotquot virtutum tuarum testes admovit sors fælicior. Verùm, nè quid dissimulem, ulteriore adhuc Catenâ me captivum ducis; enimverò suavissima tua consuetudo, dum hîc olim studendi causâ commorarere, cum perpetua tua erga me voluntate, atq; indè tot enatis beneficiis haud vulgaribus, hæc illa sunt quæ me vehementiùs rapiunt, & actiori debendi nexu constrictum tenent. Quorum ego, quoniam nè minimam quidem partem assequi possum remunerando, id unum mihi relictum esse intelligo, ut quæ tibi solvendo non sum, ea lubenter tibi debeam,*

& agnoſcam. Quod idem ego nunc amplum in modum factum cupio, & certè præſtarem quidē ſi aut voluntati meæ par facultas eſſet, aut merita erga me tua non adeo fuiſſent omnem modum ſupergreſſa. Quoniam autem etiam verba me deſtituunt, accipe (quæſo) haſce chartas, muta quædam gratitudinis meæ ſigna & indicia; accipe quâ me ſoles fronte, apertâ, placidâ, exporrectâ. Erat olim tibi Spenſerus tuus in deliciis; quocirca nullus metuo nè ingratus hodie tibi ſit, indutus idem Romanâ togâ; quæ ità quidem illum decet, tamq; aptè illi convenit, ut aut non aliâ cute natus, aut in eam non tam tranſlatus, quàm reſtitutus eſſe videatur. Erat quidem hoc Poema Anglicè cum barbâ, (quod de Eſavo Judæi fabulantur) imò & canitie ſuâ natum; ac ſi Poeta non tam in Parnaſſo ſomniâſſet, quàm cum Endymione in Latmo ſtertuiſſet, atq; adeò poſt tertium indè ſeculum ad ſcribendum demum evigilâſſet. Ità quidem illi viſum eſt atavorum voces ab oblivione vindicare, eorumq; παλιγγενεσία accelerare; (ſiquidem

Multa renaſcentur quæ jam cecidere, cadentq;
Quæ jam ſunt in honore vocabula.

inquit Horatius) verùm inde tamen interea factum eſt ut nonnulli, quia non retrò ſibi vivendum eſſe conſtituerant, ejuſmodi dictiones tanquam Evandri matris carmina, aut palantia

lantia quædam ſpectra abhorruerint. At metu illos iſthoc dehinc porrò liberavit vir doctiſſimus Theophilus Bathurſt, (Poeta non minùs elegans, quàm gravis idem poſtea Theologus) qui in eodem Collegio has æglogas latinè vertit, quò Spenſerus ante aliquot annos poematia ſua concepiſſe dicitur; & quidem ità vertit, ut & obſcuris lucem, & facilitatem aſperis, atq; omnibus ferè nitorem ac elegantiam fœneraverit; ac ſi unus ejuſdem loci Genius idem carmen diverſis temporibus illi Anglicè, huic Latinè dictitâſſet. Hanc autem verſionem ſuam clàm ſibi & Muſis habuit, quoad in vivis erat autor modeſtiſſimus; poſtquam autem diem ſuum obiiſſet vir doctiſſimus, continuò factum eſt, ut, dum libraria eius ſupellex quaquaverſum divenderetur, bina huius operis exemplaria ad manus meas deferrentur, quæ propria ipſius manu frequenter interpolata, non parum eum in iis relambendis curæ poſuiſſe, teſtabantur; penitius autem introſpiciens, ejuſmodi opus eſſe facilè deprehendi, quale ad thus & ſcombros damnari minimè oportebat, ſed neq; blattis & tineis amandari. Quocirca operæ pretium me facturum arbitrabar ſi quod non parvâ me affecerat voluptate, cum aliis etiam illud participarem, quibus non ingratum fore confido, cùm nec inutile certè, nec injucundum. Tibi verò imprimis (vir amice) dicandum exiſtimavi, tum quod ſciverim te ab hujusmodi ſtudiis nullo unquam tempore abhorruiſſe, tum

quò

quò extaret aliquod amoris, gratitudinis, & observantiæ erga te meæ testimonium. Tu autem fave, & perge me amare, ut qui semper optimè tui causâ velim,

Coll. Emman. Cantabrigiæ Calendis Julii, MDCLIII.

Ad omnia obsequii & amicitiæ munia præstanda tibi paratissimus,

GUIL. DILLINGHAM.

In

In Æglogâ

Primâ	*Mœret neglectus amator.*
Secundâ	*Haud impunè ſpreta ſenectus.*
Tertiâ	*Amoris effigies.*
Quartâ	*Elizabethæ Reginæ laudes.*
Quintâ	*Romana Vulpes & Paſtor Evangelicus.*
Sextâ	*Plorat deſertus amator.*
Septimâ	*Paſtoris munus & merces.*
Octavâ	*Certamen Poeticum.*
Nonâ	*Peregrinationis incommoda, & Paſtorum Romanenſium vita peſſima.*
Decimâ	*Alget neglecta Poeſis.*
Undecimâ	*Elegium.*
Duodecimâ	*Infœlix amor.*

Authoris

To his BOOK.

GO little Book : thy ſelf preſent,
As child whoſe parent is unkent,
To him that is the preſident
Of nobleneſs and chivalrie :
And if that Envie bark at thee,
As ſure it will, for ſuccour flee
Under the ſhadow of his wing.
And, asked who thee forth did bring,
A Shepheards ſwain, ſay, did thee ſing,
All as his ſtraying flock he fed :
And when his Honour hath thee read,
Crave pardon for thy hardy head.
But if that any ask thy name,
Say, thou wert baſe begot with blame :
For why thereof thou takeſt ſhame.
And when thou art paſt jeopardie,
Come t ll me what was ſaid of me,
And I will ſend more after thee.

Immerito.

Æglogue

Authoris ad Librum ſuum.

I To Liber, te ſiſtito
Natum patris vix cogniti,
Coram viro, qui præminet
Re bellicâ, & natalibus.
Si livor allatraverit,
(Quod mox futurum eſt) illicò
Hujus ſub alas confuge.
Et ſi rogeris, quo ſatus,
Dic, quod rudis paſtorculus
Paſcens gregem te enixus eſt.
Cumq; ille te perlegerit,
Fac deprecere audaciam.
Nomen tuum ſi quis velit,
Reſpondeas te ſpurium;
Nomen rubori illinc tibi.
Et cum periclum evaſeris,
De me refer quid dixerint,
Pluresq; mox emiſero.

Æglogue 1.

Colin Clout.

A Shepheards boy (no better do him call)
When winters wastfull spite was almost spent,
All in a Sun-shine day, as did befall,
Led forth his flock, that had been long ypent,
So faint they woxe, and feeble in the fold,
That now unneths their feet could them uphold.

All as the sheep, such was the shepheards look,
For pale and wan he was (alas the while!)
May seem he lov'd, or else some care he took:
Well couth he tune his Pipe, and frame his stile.
Tho to a hill his fainting flock he led, (fed.
And thus him plaind, the while his sheep there

Ye Gods of love, that pitty lovers pain,
(If any Gods the pain of lovers pitty:)
Look from above, where you in joyes remain,
And bow your ears unto my doleful ditty. (love,
And *Pan*, thou shepheards God, that once did
Pitty the pains that thou thy self didst prove.
(wasted,
Thou barren ground whom winters wrath hath
Art made a mirrour, to behold my plight:
Whilom thy fresh spring flowr'd, and after hasted
Thy Summer proud, with Daffadillies dight.
And now is come thy winters stormy state,
Thy mantle mard, wherein thou maskedst late.

Such

Ægloga prima.

ALEXIS.

VIlio (nec enim titulo potiore miſellus
Dignandus) jam nunc brumâ laxante rigorem,
Æthere ſub ſudo, (ſudus forte obtigit æther)
Eduxit feſſas diuturno carcere canlæ
Strigoſas pecudes, macie brumâq; rigentes,
Vt vix ſucciduo ſuſtentent poplite greſſus.

Iſq; ſtatus pecoris paſtoris concolor Ori,
Lucida quod macies pallenti tabe colorat;
Æger curâ forſan, & æger forſan amore;
Scit tamen & calamos inflare, & dicere verſus:
Tum pecora ad montem languentia languidus egit,
Effuditq; iſtas, dum paſcunt illa, querelas.

O Superi, curas ô qui miſeratis amantûm,
(Si tamen è Superis quiſquam miſeretur amantes)
Deſpicite è cælis ubi lætum ducitis ævum,
Luctiſoniſq;, precor, ſubmittite cantibus aures:
Tu quoq; paſtorum Deus, olim fixus Amoris
Cuſpide Pan, priùs expertos miſerere dolores:

Effœta ô tellus, brumalis prædafuroris,
Viva meæ vitæ occaſum ſpectantis imago,
Te modò millecuplo florum diſcrimine pinxit
Ver, tuaq; aſphodelis ſtellata ſuperbiit æſtas;
At jam nimboſa ſævit violentia bruma,
Quaq; triumphabat modò, jam tua purpura ſordet.

Pectore

Such rage as winters, raigneth in my heart,
My life-bloud freezing, with unkindly cold:
Such ſtormy ſtoures do breed my baleful ſmart:
As if my years were waſte, and woxen old,
And yet alaſs, but now my ſpring begonne,
And yet alaſs, it is already donne.

You naked trees, whoſe ſhady leaves are loſt,
Wherin the birds were wont to build their bowre,
And now are cloath'd with moſs and hoary froſt,
Inſted of bloſſoms, wherwith your buds did flowre,
I ſee your tears that from your boughs do rain,
Whoſe drops in drerie yſicles remain.

Alſo my luſtfull leaf is drie and ſear,
My timely buds with wayling all are waſted:
The bloſſom, which my branch of youth did bear,
With breathed ſighs is blown away and blaſted.
And from mine eyes the drizling tears deſcend,
As on your boughs the yſicles depend.

Thou feeble flock, whoſe fleece is rough and rent,
Whoſe knees are weak, through faſt, and evil fare,
Mayſt witneſs well by thy ill government,
Thy maſters mind is overcome with care:
Thou weak, I wan: thou lean, I quite forlorn,
With mourning pine I, you with pining mourn.

A thouſand ſighs I curſe that carefull houre,
Wherein I long'd the neighbour Town to ſee:
And eke ten thouſand ſighs I bleſs the ſtoure,
Wherein I ſaw ſo fair a ſight as ſhe.
Yet all for nought: ſuch ſight hath bred my bane:
Ah God, that love ſhould breed both joy and paine.

It is not *Hobbinol*, wherefore I plain,
Albee my love he ſeek with daily ſuit:

Pectore ſub noſtro rabies furit æmula brumæ,
Nam ſtupet in venis immiti frigore ſanguis:
Sævit & in noſtram tempeſtas tanta carinam,
Tanquam jam tremulos ſpectaret vita Decembres.
Vix tamen (ah miſerum) floreſcere cœperat annus,
Et tamen (ah miſerum) mihi jam defloruit annus.

O vos umbroſo nudatæ tegmine quercus,
Quâ volucres vernos gaudebant texere nidos;
Nunc muſco indutæ, canæq; horrore pruinæ,
En, ubi veſtra novo turgebant germina fœtu,
Brachia conſpicio lachrymis rorantia crebris,
Pendulaq; aſtrictis glaciatur ſtiria guttis.

Sic quoq;, ſic noſtræ folia inconcuſſa juventæ
Nunc flaccent, nimiis curarum exercita ventis;
En, emarceſcit fœlix flos puberis ævi,
Uſtulat & canum mihi præcoqua germina frigus:
Sic vitreis rigui lachrymis rorantur ocelli,
Pendet ut à veſtris glacialis ſtiria ramis.

Languide grex, lacero implicitâ qui vellere lanam
Geſtas, cui victu jejunia crebra maligno
Hauſerunt vires, macie teſtare, probaſq;
Obruta ſolicitis paſtoris pectora curis.
Debilis ille, & tu: Macer es, macreſcit & ille:
Languendo luges, lugendo languet & ille.

Damno millenis tempus lachrymabile diris,
Urbs vicina oculis quo primùm erat obvia noſtris.
Et tamen illam horam votis bis mille beavi,
Quâ vidi noſtram (ſpectacula tanta) puellam;
Sed fruſtrà; noſtræ primus gradus ille ruinæ:
Proh ſuperi! mellis fœcundi, & fellis amores?

Non importunum queritur mea fiſtula Mopſum,
Amat ille meũ licèt indefeſſus amorem. A-

His clowniſh gifts and curteſies I diſdain,
His kids, his crackpels, and his early fruit.
Ah fooliſh *Hobbinol*, thy gifts been vain:
Colin them gives to *Roſalind* again.

I love thilk Laſs, (alaſs, why do I love?)
And am forlorn, (alaſs, why am I lorn?)
She deigns not my good will, but doth reprove,
And of my rurall Muſick holdeth ſcorn.
Shepheards deviſe ſhe hateth as the ſnake (make.
And laughs the ſongs, that *Colin Clout* doth

Wherefore my Pipe, albee rude *Pan* thou pleaſe,
Yet for thou pleaſeſt not where moſt I would,
And thou unluckie Muſe, that woontſt to eaſe
My muſing mind, yet canſt not, when thou ſhould:
Both Pipe and Muſe, ſhall ſore the while abie,
So broke his Oaten Pipe, and down did lie.

By that the welked *Phœbus* gan avail
His weary Waine, and now the froſty *Night*
Her mantle black through Heaven gan overhail:
Which ſeen, the penſive boy half in deſpight
Aroſe, and homeward drove his ſunny ſheep,
Whoſe hanging heads did ſeem his careful caſe (to weep.

FEBRVARY.

Æglogue 2.

CUDDY.

AH for pitty, will rank winters rage
Theſe bitter blaſts never gin t'aſſwage?
The keen cold blows through my beaten hide,
All as I were through the body gride: My

Agreſtis ſperno tam ruſtica munera Mopſi;
Hœdos, involucres nidos, & præcoqua poma.
Inſipiens fruſtrà mittis tua munera Mopſi,
Quæ tuus ille ſuæ mox Phillidi *mittit* Alexis.

Phillis *amata mihi eſt (heu cur mihi* Phillis *amata?)*
Deſpectúſq; ab ea ſum, (cur deſpectus ab illa?)
Reſpuit uſq; meos & dedignatur amores,
Faſtiditq; audire rudem ſufflata cicutam.
Quin paſtorales velut anguem exhorret avenas,
Subſannatq; elata, ſuus quæ cantat Alexis.

Ergo places licèt agreſti mea fiſtula Pani,
Cùm tamen haud placeas ubi vellem ſola plactres;
Et tu muſa meos ſopire aſſueta dolores,
Nunc oblita tamen, cum res efflagitat, artis,
Solvetis meritas & Muſa, & fiſtula pœnas:
Tum calamos fregit, fuſuſq; recumbit in herbam.

Jam ſol emeritos devexo tramite currus
Urgebat præceps, glaciatoq; horrida rore
Nox involvebat furvo velamine terram:
Ut videt, arrodens cæcis præcordia curis
Surgit, apricatas pecudes ad ovilia cogens
Upilio, vultu referentes fata Magiſtri:

FEBRUARIUS.

Ægloga ſecunda.

Damon, Thyrsis.

Ah Superi, nunquámne hyemis deſæviet ira?
Nunquámne immites ponent ſua flamina venti?
Squamoſam findit frigus penetrabile pellem,
Oſſa mihi rigidis ut credam pervia ventis.

My ragged ronts all ſhiver and ſhake,
As done high towers in an earth-quake:
They wont in the wind wagge their wriggle tailes
Pearke as a Peacock, but now it availes.

THENOT.

Lewdly complainest, thou laſie Lad,
Of Winters wrack for making thee ſad.
Muſt not the World wend in his common courſe,
From good to bad, and from bad to worſe,
From worſe, unto that is worſt of all;
And then return to his former fall?
Who will not ſuffer the ſtormy time,
Where will he live till the luſty Prime?
Self have I worn out thrice thirty years,
Some in much joy, many in many tears;
Yet never complained of cold nor heat,
Of Summers flame, nor of Winters threat:
Ne never was to Fortune foe-man,
But gently took, that ungently came,
And ever my Flock was my chief care,
Winter or Summer they mought well fare.

CUDDY.

No marvail *Thenot*, if thou can beare
Chearfully the Winters wrathfull cheare,
For Age and Winter accord full nie,
This chill, that cold; this crooked, that wrie:
And as the lowring weather looks down,
So ſeemeſt thou like good-Friday to frown.
But my flowring youth is foe to Froſt,
My ſhip unwont in ſtorms to be toſt.

THENOT.

The Soveraign of Seas he blames in vaine,
That once Sea-bet will to ſea againe.
So loytering live you little-heard-groomes,
Keeping your Beaſts in the budded broome.

And

Strigoſiq; boves vibrantur frigore corpus,
Summæ ut ſuccuſſo nutant fundamine turres:
Aſſuetique ſuæ ſinuare volumina caudæ,
Perque auras agitare, en, ut ſub ventre remulcent.

THYRSIS.

Improbe, cur rigidæ fundis convicia brumæ,
Obvia quod ſolito tua terga rigore laceſſat?
Nonne ſuis celeres decurrunt legibus anni?
Succedunt inviſa bonis, pejoráq; pravis:
Pejora excipiunt tandem deterrima, & inde
In ſe tranſacti celeris rota volvitur ævi.
Qui non hybernas patietur frigoris iras,
Quò ſe proripiet, redeant dum veris honores?
Ipſe ego (qui effœtus jam) ter ſex luſtra peregi,
Nunc riſu effuſus, nunc fletu abſorptus amaro;
Nunquam æſtus, nunquam torpentia frigora queſtus;
Brumaleſve minas; aut ſummi tædia ſolis;
Nec torvam rabidâ fortunam voce laceſſi,
Mente ferens æquâ quæ ſors inflixit iniqua;
Cura pecus ſemper mihi noſtræ credita curæ,
Æſtate ut ſaturent hanc paſcua, pabula brumâ.

DAMON.

Non equidem miror, ſi tu (rigidiſſime Thyrſi*)*
Inſanos brumæ fers æquâ mente rigores:
Nam tremulæ tremula eſt affinis bruma ſenectæ,
Hæc friget, riget illa, hæc canet, canet & illa.
Utque æther terris iratus luce malignâ
Contriſtat pluviis cœlum, ſic torva tuetur
Nubila frons; tua ſic ætas obnubilat ora,
Moroſa ut triſtem caperant jejunia vultum.
Ætas noſtra virens canæ eſt inimica pruinæ,
Nec mea brumales ratis eſt experta procellas.

THYRSIS.

Nequicquam incuſat Neptunia *numina demens,*
Qui credit tumido jam naufraga carbaſa ponto.
Sic, ſic ignavi, paſtoria turba, puelli
Paſcitis auricomis balantum armenta geniſtis.

Quod

And when the ſhining Sun laugheth once,
You deemen the Spring is come at once.
Tho gin you, fond flies, the cold to ſcorn:
And crowing in Pipes made of green corn,
You thinken to be Lords of the year:
But eft, when you count ye freed from fear,
Comes the breme winter with chamfred browes,
Full of wrinkles and froſty furrowes,
Dreerely ſhooting his ſtormie dart,
Which cruddles the blood, and pricks the heart.
Then is your careleſs courage accoyed,
Your carefull heards with cold be annoyed.
Then pay you the price of your ſurquedrie
With weeping, and wayling, and miſery.

CUDDY.

Ah fooliſh old man, I ſcorne thy skill,
That wouldeſt me, my ſpringing youth to ſpill.
I deem thy brain emperiſhed be,
Through ruſty eld, that hath rotted thee:
Or ſiker thy head very tottie is:
So on thy corbe ſhoulder it leans amiſs.
Now thy ſelf hath loſt both lop and top,
Als my budding branch thou wouldeſt crop:
But were thy years green, as now been mine,
To other delights they would encline.
Tho wouldeſt thou learn to caroll of love,
And hery with hymnes thy Laſſes glove.
Tho wouldeſt thou pipe of *Phillis* praiſe:
But *Phillis* is mine for many dayes.
I wonne her with a girdle of gelt,
Emboſt with bugle about the belt.
Such an one Shepheards would make full fain:
Such an one would make thee young again.

THENOT.

Thou art a fon, of thy love to boaſt,
All that is lent to love will be loſt.

CUDDY.

Quod ſi ſol forſan vultu meliore renidet,
Ver rediiſſe ſtatim brumâ cedente putatis:
Indè juvat victos hyemis ridere furores,
Et ſtipulâ argutas interſtridere cicadas,
Vóſq; anni dominos malè credula turba putatis;
Sæpe tamen cum vos defunctos eſſe periclo,
Speratis, ſubitò rugoſo pallida vultu
Bruma venit, ſulcis perarata ſenilibus æra,
Quáq; procelloſis tremulè jaculata ſagittas;
Cor ſtupet hinc, rigidus coit in præcordia ſanguis:
Tum demum cadet inconſulta ferocia vobis,
Et pecudes brumâ recrudeſcente rigeſcunt,
Commeritas pendit tum veſtra ſuperbia pœnas
Planctuq; & gemitu, glomeratóq; agmine cludum.

DAMON.

Non hujus facio monitus (delire) ſeniles;
Ætatis vernans brumæ me exponere germen
Velles? exhauſtum puto defeciſſe cerebrum,
Exedit exuccæ tibi quod rubigo ſenectæ.
Utq; caput quaſſum malè juſto pondere nutat,
Sic & gibboſâ obſtipum cervice recumbit:
Quúmq; tibi toto periit cum germine truncus,
Vis noſtram parili florem marceſcere fato.
Quòd ſi æquæva meæ tibi jam floreſceret ætas,
Mox aliò ſenſus deflecteret alma voluptas;
Tum tua formoſam reſonaret Phillida *canna,*
Æternúm noſtro devotam Phillida *amori.*
Hanc mihi demerui quando aurea cingula miſi,
Cingula queis bullis ſtellatur baltheus aureis.
Talia Paſtores lætos, vultúſq; ſerenos
Efficerent, vitæq; tuæ revireſcere florem.

THYRSIS.

Deſipis, ingratos jactando inſanus amores;
His quæcunq; dabis, rapidis dabis irrita ventis.

DAMON.

CVDDY.

Seeſt, how brag yon Bullock beares,
So ſmirke, ſo ſmooth, his pricked eares?
His hornes been as brade, as Rainbow bent,
His dew-lap as lithe, as Laſs of *Kent*.
See how he venteth into the wind,
Weeneſt of love is not his mind?
Seemeth thy flock thy counſell can,
So luſtleſs been they, ſo weak, ſo wan,
Cloathed with cold, and hoary with froſt,
Thy flocks Father his courage hath loſt.
Thy Ewes that wont to have blown bags,
Like wailfull Widows hangen their crags.
The rather Lambes been ſtarved with cold,
All for their maſter is luſtleſs and old.

THENOT.

Cuddy, I wot thou kenſt little good,
So vainly to advance thy headleſs hood.
For youth is a bubble blown up with breath,
Whoſe wit is weakneſs, whoſe wage is death,
Whoſe way is wilderneſs, whoſe Inne pennance,
And ſtoop gallant Age, the hoſt of Grievance.
But ſhall I tell thee a tale of truth,
Which I cond of *Tyterus* in my youth,
Keeping his ſheep on the Hils of *Kent*?

CVDDY.

To nought more, *Thenot*, my minde is bent,
Then to hear novels of his deviſe:
They been ſo well thewed, and ſo wiſe,
Whatever that good old man beſpake.

THENOT.

Many meet tales of youth did he make,
And ſome of Love, and ſome of Chivalry,
But none fitter then this to apply,
Now liſten awhile and hearken the end.

There

DAMON.

En: Viden' ? ille meus, subrufâ fronte juvencus,
Quàm bellè arrectas crispat petulantiùs aures !
Iridos ut lunata imitantur cornua flexum,
Cantiacas vincunt palearia mollia nymphas.
Aspicis elatis auras ut naribus haurit ?
Non illum dulces meditari credis amores ?
Credo tuas pecudes mentem callere magistri;
Corpore sic languent omnes, animóq; fatiscunt,
Tergoráq; horrentes brumâ, canaq; pruinâ.
Dux gregis obtuso, fractóq; vigore relanguet:
Quæ modò turgidulæ tendebant ubera matres,
Ut viduæ prono tellurem lumine figunt :
Primigenas agnos brumalis concutit horror :
Quippe regit Vetulus defectus viribus illos.

THYRSIS.

Non operæ, frugíve bonæ te censeo, (Damon)
Qui tumidè vanas sic tollis ad æthera cristas.
Nam satis inflato est instar turgescere bullæ,
Cui mens est amens; cui mors est debita merces;
Cui via desertum; cui diversoria pœna,
Inflatiq; ætas domitrix, solita hospita curis.
Sed vin' fabellam tibi me pertexere, quondam
Quam pubescenti dixit mihi Tityrus *avo,*
Quà pandit lætos celeberrima Cantia *Colles?*

DAMON.

Nil æquè vellem, nil est optatius illis,
Quæ senis ex hujus lepido fluxere cerebro :
Tanta in facundis lucet sapientia dictis,
Doctiloquo quæcunq; senex deprompsit ab ore.

THYRSIS.

Hic cecinit Venerem, Martem, effrænemq; juventam,
Verùm sub ficti velo sermonis obumbrans ;
E queis præ reliquis in nos hæc fabula quadrat.
Nunc aures adhibe, & quò se feret exitus, audi.

Annosa

There grew an aged tree on the green,
A goodly Oake ſometime had it been:
With arms full ſtrong and largely diſplayed,
But of their leaves they were diſarayed:
The body bigge and mightily pight,
Throughly rooted, and of wondrous height:
Whilom had been the King of the field,
And mochell maſt to the husband did yield,
And with his nuts larded many ſwine:
But now the gray moſs marred his rine.
His bared boughes were beaten with ſtorms,
His top was bald, and waſted with worms,
His honour decayed, his branches ſere.
Hard by his ſide grew a bragging Breere,
Which proudly thruſt into th' element,
And ſeemed to threat the firmament.
It was embelliſht with bloſſoms fair,
And thereto aye wonned to repair
The ſhepheards daughters to gather flowers,
To paint their Girlonds with his colours.
And in his ſmall buſhes uſed to ſhrowde
The ſweet Nightingale ſinging ſo lowd.
Which made this fooliſh Breere wex ſo bold,
That on a time he caſt him to ſcold,
And ſnebbe the good Oake, for he was old.
Why ſtandſt there (quoth he) thou brutiſh block?
Nor for fruit, nor for ſhadow ſerves thy ſtock:
Seeſt how freſh my flowers beene ſpred,
Died in Lilly-white, and Crimſin-red,
With leaves engrained in luſty green,
Colours meet to cloath a mayden Queen?
Thy vvaſte bigneſs but cumbers the ground,
And dirkes the beauty of my bloſſoms round:
The mouldie moſs vvhich thee accloyeth,
My Cinnamon ſmell too much annoyeth.

Annosa en puri stetit arbor in æquore campi,
Quæ quondam quercus, nunc truncus, inutile lignum:
Latáq; jam modicâ sua brachia porrigit umbrâ,
Bracchia, quæ frondis nudârat honore senecta:
Ingenti trunco, demissa in viscera terræ,
Tendat ut in cœlos vertex, in Tartara radix.
Altior hæc sylvam quondam despexerat omnem,
Et gratum domino fuerat vectigal agresti,
Innumerâ porcos numerosos glande saginans;
Glaueâ at nunc muſci squalet putredine cortex,
Nunc pulsant rigidæ ramalia nuda procellæ,
Calvóq; informes pascuntur vertice vermes,
Defloresçit honos, & brachia nuda putrescunt.
Ad latus huic surgens spinis paliurus acutis,
Armatas hamis extollit in æthera frondes,
Inq; altum jactat ramos, cœlóq; minatur,
Formoso florum vernabat honore superbus.
Semper & agrestes huc adventare solebant
Pastorum natæ, paliuri & carpere flores,
Quos sunt floricomis solitæ intertexere sertis:
Sæpiùs istius ramis innixa sedebat
Prata volubilibus mulcens Philomela susurris:
Hinc tanta insano crevit fiducia vepri,
Ausit ut annoso convitia fundere trunco,
Atq; infœcundam multùm exprobare senectam.
Quid stas vernanti jam stipes inutilis agro,
Cum tua nec fructu moles, nec proficit umbra?
Aspicis ut nostris laxant nova germina flores,
Lilia qui candore, rubore rosaria vincant,
Ut vivo vernant folia hæc induta virore,
Qui color innuptam potuit decuisse Dianam?
Vestra ingens læto moles incommoda campo,
Nostris invisas offundit frondibus umbras:
Quiq; tuo canus dependet cortice muscus
Infecit nostros spirantes Cinnama flores.

Ergo

Wherefore I rede thee hence to remove,
Leſt thou the price of my diſpleaſure prove.
So ſpake this bold Breere vvith great diſdain;
Little him anſvvered the Oake again,
But yielded, vvith ſhame and grief adavved,
That of a vveed he vvas overcrovved.
It chanced after upon a day,
The husbandmans ſelf to come that vvay,
Of cuſtom to ſurvievv his ground,
And his trees of ſtate in compaſs round.
Him vvhen the ſpightfull Breere had eſpied,
Cauſleſs complained, and lovvdly cried
Unto his Lord, ſtirring up ſtern ſtrife:
O my leige Lord, the God of my life,
Pleaſeth you pond your ſuppliants plaint,
Cauſed of vvrong and cruel complaint,
Which I your poor vaſſall daily endure:
And but your goodneſs the ſame recure,
Am like for deſperate dole to die,
Through felonous force of mine enemie.
Greatly agaſt vvith this pitious plea,
Him reſted the good-man on the lea,
And bad the Breere in his plaint proceed.
With painted vvords tho gan this proud vveed,
(As moſt uſen ambitious folke)
His coloured crime vvith craft to cloke.
Ah my ſoveraign, Lord of creatures all,
Thou placer of plants both humble and tall,
Was not I planted of thine ovvn hand,
To be the Primroſe of all thy land,
With flovvring bloſſoms to furniſh the prime
And ſcarlet berries in ſummer time?
Hovv fals it then, that this faded Oake,
Whoſe body is ſere, vvhoſe branches broke:
Whoſe naked arms ſtretch unto the fire,
Unto ſuch tyranny doth aſpire,

Hindring

Ergo (en! præmoneo) procul hinc annosa facesse,
Nè noſtri ſolvas pretium non vile furoris.
Dixerat hæc vepres voce indignatus acerbâ,
At nil è contrà quercus longæva locuta
Cedebat, triſti & perculſa pudore dolebat,
Probroſis viti dictis à vepre laceſſita.
Indè die quodam (ſic fors & fata volebant)
Intulit huc greſſus ejuſdem cultor agelli,
Dum de more ſuos inviſit ſedulus agros,
Condendiſque notat quæ trabs accommoda tectis.
Hunc ſimulac vidit lato paliurum in arvo,
(Ut jam ſopitos litis malè ſuſcitet ignes)
Ultrò conqueritur, magnáque ità voce profatur.
O Domine, ô à quo pendet mea vita, ſalúſque,
Sollicitos æquo dignare examine queſtus,
Quos nunc extorſit violenta injuria, quali
Veſtrum ego mancipium (nec ſpes ſuper ulla) labore:
Et tua ni lapſis ſuccurrat dextera rebus,
Me mittet Stygiis dolor inſuperabilis umbris,
Hoſtis eò crevit funeſta potentia noſtri.
Attonitus multùm miſerandâ voce colonus,
Gramineo viridis conſedit cæſpite campi,
Atque rubum juſſit ſcelerato pergere queſtu;
Inde audax cœpit phaleratis herbula dictis,
(Ambitioſorum mos hic ſolennis agendi)
Artis pigmentis fucatum obtexere crimen.
O cui cum cunctis famulatur ſylva viretis,
Qui ſeris immanes quercus, humileſque myricas,
Non tua me teneram defixit dextera plantam,
Prima ut ſylveſtris lucerem gloria campi,
Illuſtrans vernos formoſis floribus agros,
Æſtatemque rubris poſſem ditare racemis?
Hoc ergo unde venit? cur annis obſita quercus,
Exuccus cujus truncus, ramalia fracta;
Nuda in vicinos quæ brachia porrigit ignes,
In nos exercet regnum imperioſius æquo,

Obnubens

Hindring with his ſhade my lovely light,
And robbing me of the ſweet Suns ſight?
So beat his old boughes my tender ſide,
That oft the bloud ſpringeth from wounds wide,
Untimely my flowers forced to fall,
That been the honour of your Coronal.
And oft he lets his canker-worms light
Upon my branches, to work me more ſpight;
And oft his hoary locks down doth caſt,
Wherewith my freſh florets been defaſt.
For this and many more ſuch outrage,
Craving your godlyhead to aſſwage
The rancorous rigour of his might.
Nought ask I, but only to hold my right,
Submitting me to your good ſufferance,
And praying to be guarded from greevance.
To this, this Oake caſt him to reply,
Well as he couth, but his enemy
Had kindled ſuch coles of diſpleaſure,
That the good man nould ſtay his leaſure:
But home him haſted with furious heat,
Encreaſing his wrath with many a threat.
His harmfull hatchet he hent in hand,
(Alas, that it ſo ready ſhould ſtand)
And to the field anon he ſpeedeth.
(Aye little help to harm there needeth)
Anger nould let him ſpeak to the tree,
Enaunter his rage might cooled be;
But to the root bent his ſturdy ſtroake,
And made many wounds in the waſte oake.
The axes edge did oft turn again,
As half unwilling to cut the grain:
Seemed, the ſenſeleſs iron did fear,
Or to wrong holy eld did forbear.
For it had been an ancient tree,
Sacred with many a myſteree,

Obnubens umbrâ noſtrum malè grata nitorem,
Solaremque mihi diſcludens invida lucem?
En carioſa meum pertundunt brachia corpus,
Manet ut obtrito viridis de cortice ſanguis;
Hinc immaturo dejecti tempore flores,
Quæ prima eſſe ſolent capiti geſtamina veſtro;
Sæpe etiam turpes, exeſo è ſtipite, bruchos
Dejicit in ramos, pars nè qua illæſa maneret.
Sæpeque cavente calvo de vertice cyrrhi
Delapſi vivum florum obfuſcâre nitorem.
Contra hæc, atque alia in noſtram tentata ſalutem,
Auxilium ſupplex poſco, ut tua, ſcilicet, hoſtis
Latè graſſantem refrænet dextra furorem.
Unum hoc, nè primâ cogar decedere ſorte,
Sic hæc judicio veſtro penſanda relinquens,
Oro vicinum perituro arcere perîclum.
His mota, ad cauſam quercus ſe accingit agendam,
Diluat ut fictum crimen; ſed prævius hoſtis
Irarum tantas exciverat antè procellas,
Ut decernendæ non ſit data copia litis.
Hic ſua tecta petens, ultrici fervidus irâ,
Volvebat ſub corde minas, acuitque furorem:
Et jam funeſtâ dextra eſt armata ſecuri,
(Hei mihi, tam promptè occurrit ſcelerata ſecuris!)
Iamque relegit iter, ſolus repetivit agellum.
(Quantillâ ah opus eſt ope cui ſunt vota nocendi!)
Quò minùs appellet quercum, gravis obſtitit ira,
Molleſcens ſenſim nè fors langueſceret ardor;
Atqui in radicem libratos deſtinat ictus,
Ingeminans tremulo creberrima vulnera trunco;
At ſæpe inflictæ eſt acies replicata ſecuri,
Et juſſa invitum penetrabat corpora ferrum.
Detrectâſſe operam videatur adacta ſecuris,
Aut timidè abſtinuiſſe ſacram violare ſenectam.
Nam longæva trabes multos jam vixerat annos,
Culta metu patrumque, & religione nepotûm:

Tranſverſóque

And often croſt with the Prieſts crew,
And often hallowed with holy water dew:
But ſike fancies weren foolery,
And broughten this Oake to this miſery.
For nought mought they quitten him from decay,
For fiercely the good man at him did lay:
The block oft groaned under the blow,
And ſighed to ſee his near overthrow.
In fine, the ſteel had pierced his pith,
Tho down to the ground he fell forthwith.
His wondrous weight made the ground to quake,
Th'earth ſhrunk under him, and ſeemed to ſhake.
There lyeth the Oake pittied of none.
Now ſtands the Breere like a Lord alone,
Puffed up with pride and vain pleaſance:
But all this glee had no continuance.
For eftſoons Winter gan to approach,
The bluſtering Boreas did encroach,
And beat upon the ſolitary Breere:
For now no ſuccour was him neere.
Now gan he repent his pride too late,
Yore naked left and diſconſolate:
The biting froſt nipt his ſtalk dead,
The watry wet weighed down his head,
And heaped ſnow burdned him ſo ſore,
That now upright he can ſtand no more:
And being down is trod in the durt
Of cattel, and brouzed, and ſorely hurt.
Such was th' end of this ambitious Breere,
For ſcorning Eld.

CUDDY.

Now I pray thee Shepheard, tell it not forth,
Here is a long tale, and little worth;
So long have I liſtned to thy ſpeech,
That graffed to the ground is my breech:

My

Transverſóque crucis ſigno, quam ſæpe rotatam
Illam luſtrali feſtus circumtulit undâ
Sacrificus; ſed cura ſuperſtitioſa colentûm
Vana fuit, miſeram nequeens arcece ſenectam;
Aut jam vicinum trepidanti avertere caſum:
Nam dominus ferrum totâ cervice reductum
Vibrat, ut inflicto tremeret ſub verbere truncus,
Vicinamque videns gemeret properare ruinam.
Cúmq; chalybs mediam penetrârat aduſq; medullam,
Corruit, & duxit de nubibus acta ruinam;
Quaſſavit laſſatam immani pondere terram,
Cedit & ipſa oneri, latè & ſuccuſſa tremiſcit;
Ecce cadit quercus, nullo miſerante cadentem.
Nunc vacuo inflatus regnat paliurus in agro,
Vanaque ventoſo turgeſcunt pectora faſtu;
Sed viget ad tempus non duratura voluptas,
Nam tumidis irrumpit hyems armata procellis,
Et rigidus gelido Boreas bacchatur ab axe,
Pulſans dejectam viduatam robore veprem;
(Nullâ etenim ſtabat munitus parte miſellus)
Nunc igitur ſerâ damnat ſua vota querelâ:
Namque quòd aſſueto nudatus tegmine ſtabat,
Torpentem glacies mordebat frigore caulem,
In terram nutans madido caput imbre gravatur,
Et jam laſſa nimis ſubſidunt pondere terga,
Amplius ut nequeant ſurrecto ſtipite ſtare;
Tum proſtratus humi, & ſubmerſus vertice, cœno
Obteritur pedibus, carpunt & brachia tauri,
En talem vepris ſortita ſuperbia finem,
Quod ſenium ſprevit.

DAMON.

Ohe; jam ſatis eſt, jam finem abrumpe loquelæ,
Siſte gradum, ad nihilum tantis ambagibus itur;
Laſſas arrexi lentis ſermonibus aures,
Dum miſeri clunes hærent tellure refixi;

Quinetiam

My heart blood is well nie frorne I feel,
And my galage grown faſt to my heel:
But little eaſe of thy lewd tale I taſted,
Hie thee home ſhepheard, the day is nie waſted.

MARCH.

Æglogue 3.

WILLIE.

THomalin, why ſitten we ſo,
As weren overwent with woe,
Upon ſo fair a morrow?
The joyous time now nigheth faſt,
That ſhall aligge this bitter blaſt,
And ſlake the Winter ſorrow.

THOMALIN.

Siker *Willie*, thou warneſt well:
For Winters wrath begins to quel,
And pleaſant Spring appeareth.
The graſs now gins to be refreſht:
The Swallow peeps out of her neſt,
And cloudie Welkin cleareth.

WILLIE.

Seeſt not thilk ſame Hawthorn ſtudde
How bragly it begins to bud,
And utter his tender head?
Flora now calleth forth each flower,
And bids make ready *Maias* bower,
That now is upriſt from bed.
Tho ſhall we ſporten in delight,
And learn with *Lettice* to wexe light,
That ſcornfully looks askaunce:
Tho will we little Love awake,
That now ſleepeth in *Lethe* Lake,
And pray him leaden our daunce.

THOMALIN.

Quinetiam in venis ſtupidum riguiſſe cruorem
Sentio, & en! calci concrevit pera gelato:
Non facit ad tales hæc improba fabula caſus:
Ito domum, paſtor, prope jam lux occidit, ito.

MARTIUS.

Ægloga Tertia.

LAMPUS, ALSVS.

ALSE, *cur mœſti reſidemus unà,*
Pectora ut curis domiti inquietis,
Dum novis Phœbus radiis ſerenus
Purpurat agros?
Obvia en votis venit hora noſtris,
Quæ coercebit Boreæ furores,
Quæ graves Brumæ malè ſævientis
Leniet iras.

ALS. *Euge, quàm bellè monuiſti! (amice)*
Namque miteſcunt hyemis rigores,
Appetit jam ver roſeis revinctum
Tempora ſertis;
Jámq; lacteſcens revireſcit herba,
Spectat è nidis vigilax hirundo,
Et repurgato fugiunt citata
Nubila cœlo.

LAMP. *Ut frutex illo tener in rubeto*
Trudit è rupta cute germen actum,
Et caput vernum temerè in remiſſas
Exerit auras!
Evocat vernos nova Flora fœtus,
Nectit & gratam Maïæ coronam,
Quæ modo & terræ gremio ſolutæ
Orta refulſit.
Nunc monet Iudos agitare tempus,
Et leves noſmet jubet eſſe Naïs,
Devia obliquos acie retorquens
Inlatus orbes.

THOMALIN.

Willie, I weene thou bee affot:
For lusty love still sleepeth not,
But is abroad at his game.

WILLIE.

How kenst thou that he is awoke?
Or hast thy self his slumber broke?
Or made privie to the same.

THOMALIN.

No, but happily I him spide,
Where in a bush he did him hide,
With wings of purple and blew.

And were not that my sheep would stray,
The privie marks I would bewray,
Whereby by chance I him knew.

WILLIE.

Thomalin, have no care for thy,
My self will have a double eye:
Ylike to my flock and thine:

For als at home I have a fire,
A stepdame eke as hote as fire,
That duly adayes counts mine.

THOMALIN.

Nay, but thy seeing will not serve,
My sheep for that may chance to swerve,
And fall into some mischief.

Nunc & alatum puerum excitemus,
(Dormit hic propter vada niga Lethes,
Præsit ut nostris agilis choreis
is vDuctur amicus.

ALSUS. *Falleris nimiùm remotus,*
Non capit somnos puer ales unquam,
Semper alternis animis amantûm
Ludit, & errat.

LAMPUS. *Quomodo nôsti vigilare Amorem?*
An quiescentem puerum excitâsti?
An quiescentem tibi qui excitavit
Dixerit alter?

ALSUS. *Neutiquam, & casu duce conspicabar,*
Dum sub arbusto viridi latebat,
Cærulas inter radiata pennas
Purpura tinxit,
Et nisi errarent pecudes protervæ,
Jam notas essem tibi proditurus,
Fortè queis natum modo deprehendi
Cypridis esse.

LAMPUS. *Hoc onus nostris humeris recumbat,*
Excubent visus in utrumque nostri,
Et gregem nostrum pariterque vestrum
Semper obibunt.
Ah! domi nobis pater est severus,
Acrior flammis etiam noverca,
Hi, domum quando pecudes reduco,
Ambo recensent.

ALSUS. *Non satis caulis tua cura utrisque?*
Fortè aget nostras pecudes per arva,
Proprio accersens capiti periclum,
Devius error.
Vix abhinc Titan abiit secundus,
Cum mihi indulsi modicam quietem,
Postea exsomnis graviore stringor
Corda flagello.

For ſithence is but the third morrow,
That I chanſt to fall aſleep with ſorrow.
And waked again with grief:

The while thilke ſame unhappy Ewe,
Whoſe clouted leg her hurt doth ſhew,
Fell headlong into a dell,

And there unjoynted both her bones:
Mought her neck been jointed attones,
She ſhould have need no more ſpell.

Th'elf was ſo wanton and ſo wood,
(But now I trow can better good)
She mought ne gang on the green.

WILLY.

Let be, as may be, that is paſt:
That is to come, let be forecaſt.
Now tell us what thou haſt ſeen?

THOMALIN.

It was upon a Holiday,
When Shepherds Grooms han leave to play,
I caſt to goe a ſhooting:

Long wandring up and down the land,
With bow and bolts in every hand,
For birds in buſhes tooting.

At length within the Ivie todd,
(There ſhrowded was the little God)
I heard a buſie buſtling.

I bent my bolt againſt the buſh,
Liſtning if any thing did ruſh;
But then heard no more ruſtling.

Interim infœlix ovis illa, cujus
Faſciis, vulnus docet, involuta
Tibia, in cæcam foveam ſupina
Præcipitatur.
Indè compages utriuſque nodi
Luxat, ô nervis utinam ſolutis
Vertebra illiſam premeret medullam
Saucia cervix!
Non magos rurſum exigeret ſuſurros,
Eſſet aut contra mala munienda
Voce, cùm tuto pecudes ovili
Claudo repôſtæ.
Tam procax nuper, petulans, proterva,
(Spero nunc frugi melioris eſſe)
Nollet ut noſtro grege miſta notum
Carpere gramen:

LAMPUS. *Ut tulit caſus, maneant peracta,*
Excubes curis vigil in futura;
Quæque ſint veſtris oculis per agros
Obvia pande.

ALSUS *Feſta lux, albis celebris lapillis,*
Ferias lætis pueris ferebat,
Alites cùm me calamis ferire
Impetus egit.
Dum d u lætis ſpatiatus agris,
Dexteram armatus levibus ſagittis,
Quæro per nanas volucres myricas
Dulcè ſtrepentes:
Tandem in arbuſtis hederâ revinctis
Ales abſtruſus puer hic latebat:
Audio quendam ſtrepitum trementes
Edere ramos.
Dirigo in ſepem attonitus ſagittam,
Aure ſolerti ſtrepitum aucupatus,
Nullus arrectas fragor hinc laceſſit
Obvius aures.

Lumine

Tho peeping cloſe into the thick,
Might ſee the moving of ſome quick,
Whoſe ſhape appeared not:

But were it Fairy, feend or ſnake,
My courage earn'd it to awake,
And manfully thereat ſhot.

With that ſprang forth a naked ſwain,
With ſpotted wings like Peacocks train,
And laughing lope to a tree,

His gilden quiver at his back,
And ſilver bow which was but ſlack,
Which lightly he bent at me.

That ſeeing I leveld again,
And ſhot at him with might and main,
As thick as it had hayled.

So long I ſhot, that all was ſpent,
Tho pumie ſtones I haſtily hent,
And threw: but nought avayled.

He was ſo wimble and ſo wight,
From bough to bough he leaped light,
And oft the pumies latched.

Therewith afraid, I ranne away:
But he, that earſt ſeem'd but to play,
A ſhaft in earneſt ſnatched;

And hit me running in the heel:
For then I little ſmart did feel,
But ſoon it ſore increaſed,

Lumine arbuſtum penetrans ſagaci,
Corpus hîc vivum video moveri,
Nulla at occurrit facies latentis
Corporis inde.
Incubus ſeu ſit, lemures, vel anguis,
Sive quid monſtri, libet excitare,
Ergo lunato jaculatus arcu
Spicula torſi.
Troſſulus nudo micat indè tergo,
Fimbriis pavi aſſimilatus alas,
Proxima aſcendens agili citatus
Robora ſaltu.
Aurea â tergo ſonuit pharetra,
Lentus argento radiabat arcus,
Hunc adaptatâ ſinuans ſagittâ
Dirigit in me.
Hoc videns tenſo furioſus arcu
Impigrè fuſas glomero ſagittas,
Ut ruit cœlo crepitans ab alto
Grandinis imber.
Tam diu torſi volucres ſagittas,
Donec effuſis calamis enermis
Dexterâ arreptos lapides vibrarem
Irritus auſi.
Tam levi niſu librat ille corpus,
Mutet, ut ſaltu ſuperante, ramos:
Saxa mox in ſe medio rotata in-
terripit ictu.
Territus greſſu hinc fugio citato,
At puer viſus modò qui jocari,
Seriò promit gravidâ ſonora
Tela pharetrâ.
Et ferit calcem calamo fugacem,
Nec dolor crudum comitatur ictum,
Auxit at tempus breve ſævientis
Tædia peſtis.

Serpis

And now it rankleth more and more,
And inwardly it feſtreth ſore,
Ne wote I, how to ceaſe it.

WILLY.

Thomalin, I pitty thy plight,
Perdy with love thou diddeſt fight:
I know him by a token.

For once I heard my Father ſay,
How he him caught upon a day,
(Whereof he will be wroken)

Entangled in a fowling net,
Which he for carrion crows had ſet.
That in our Pear-tree haunted:

Tho ſaid, he was a winged lad,
But bow and ſhafts as then none had:
Elſe had he ſore be daunted.

But ſee, the Welkin thicks apace,
And ſtouping *Phœbus* ſteeps his face,
Its time to haſte us homeward.

APRIL.

Serpit en carnis graviore ſtrage,
En ſinn laxo ſanie vorago
Stagnat, & peſtis populatur artus
Neſcîa ſiſti.

LAMPUS.

Defleo multùm tua fata paſtor,
Inſcius telo petiiſti Amorem,
En mihi ſignum modò prodidiſti
Indubitatum.
Hoc mihi patrem memini locutum,
Quomodo imprudens capiebat illum,
(Hei vices patri miſero reponet,
Aliger olim.
Retium nexu temerè involutum,
Illa ſuſpendit pater implicandis
Improbis corvis, ſolitis ſedere
Arbore noſtrâ.
Alitem dixit puerum fuiſſe,
Nullus huic arcus, calamíve præſtò;
Si forent, qualis tremor occupâſſet
Membra parentis?
Sed (viden?) nimbis glomeratur æther,
Solque declivis pelago appropinquat,
Jam monet tempus pecudes redactas
Condere caulis.

APRI-

Æglogue 4.

THE NOT.

TEll me good *Hobbinol*, what gars thee greet?
What hath ſome Wolf thy tender lambs ytorn?
Or is thy Bagpipe broke that ſounds ſo ſweet?
Or art thou of thy loved Laſs forlorn?

Or been thine eyes attempted to the year,
Quenching the gaſping furrows thirſt with rain?
Like *April* ſhower, ſo ſtreames the trickling tears
Adown thy cheeke, to quench thy thirſty pain.

HOBBINOL.

Nor this, nor that, ſo much doth make me mourn,
But for the lad, whom long I loved ſo dear,
Now loves a Laſs, that all his love doth ſcorn,
He plung'd in pain, his treſſed locks doth tear.

Shepheards delights he doth them all forſwear,
His pleaſant pipe, which makes us merriment,
He wilfully hath broke, and doth forbear
His wonted ſongs, wherein he all out-went.

THE NOT.

What is he for a Lad, you ſo lament?
Is love ſuch pinching pain, to them that prove?
And hath he skill to make ſo excellent,
Yet hath ſo little skill to bridle love?

HOBBINOL.

Colin, thou kenſt the Southern ſhepheards boy,
Him love hath wounded with a deadly dart.
Whilom on him was all my care and joy,
Forcing with gifts to winne his wanton hart.

But

APRILIS.

Ægloga quarta.

THYRSIS.

Dic mihi Mopſe, precor, lachrymas quæ cauſa dolenti
Elicuit? lupus anne tuum populatus ovile eſt?
Sciſſáne melliſluos defecit fiſtula cantus?
An dilecta tuos faſtidit amica furores?

Imbriferos quæ cura oculos attemperat anno,
Qui pluviâ, fiſſos terræ committis hiatus?
Quam ſimilis guttis diſtillat lachryma vernis;
Per rigua ora, graves ut ſedet pectoris æſtus?

MOPSVS.

Non hoc, non illud tanti mihi cauſa doloris,
Sed quoniam juvenis, quem tanto amplector amore,
Deſpectus tumidæ macreſcit amore puellæ:
Immerſuſque malis lacerat rabido ungue capillos:

Ruſtica Paſtorum proſcribit gaudia, curis
Indulgens; ſuavem (noſtrum ſolamen) avenam
Fregit, & à ſolitis nunc abſtinet ora Camænis,
Quarum laude alios ſub ſe premit altior omnes.

THYRSIS.

Quis quæſo fuerit tibi ſic defletus ephebus?
Tantis alma Venus flammis incendit amantes,?
Tantúmne hic muſis & amicâ Pallade pollet,
Nec potis inſanos Veneris cohibere furores?

MOPSVS.

Auſtralis noſtin' puerum paſtoris Alexin?
Hunc transfixit amor funeſto cuſpidis ictu.
Dudum in eo curas defixi & gaudia ſolo,
Oppugnans variis juvenilia pectora donis:

But now from me his madding mind is ſtart,
And wooes the widows daughter of the glenne:
So now fair *Roſalind* hath bred his ſmart,
So now his friend is changed for a fren.

THENOT.

But if his ditties be ſo trimly dight,
I pray thee *Hobbinol*, record ſome one,
The whiles our flocks do graze about in ſight,
And we cloſe ſhrowded in this ſhade alone.

HOBBYNOL.

Contented I: then will I ſing his lay,
Of fair *Eliſa*, Queen of ſhepheards all:
Which once he made, as by a ſpring he lay,
And tuned it unto the waters fall.

YE dainty Nymphs, that in this bleſſed brook
Do bathe your breſt,
Forſake your watry bowres, and hither look
At my requeſt.
And eke you virgins that on Parnaſs dwell,
Whence floweth Helicon, the learned well:
Help me to blaze
Her worthy praiſe,
Which in her ſex doth all excell.

Of fair *Eliſa* be your ſilver ſong,
That bleſſed wight:
The flowre of virgins, may ſhe flouriſh long
In princely plight.
For ſhe is *Syrinx* daughter without ſpot:
Which *Pan* the ſhepherds God of her begot:
So ſprung her grace
Of heavenly race,
No mortal blemiſh may her blot.

See

At nunc â nobis furiato corde receſſit,
Et viduæ natam vicinæ uxorius ambit:
Sic, ſic angoris procudit Phyllis Alexi,
Sic pro non notâ mutatur amicus amicâ.

THYRSIS.

Quòd ſi tanta Venus juvenili in carmine ridet;
Unam nè pigeat mihi te recitâſſe Poeſin,
Dùm ſub conſpectu pecus utraque vellicat herbas,
Nóſq; hàc abſtruſi umbroſam recubamus ad ulmum.

MOPSUS.

Convenit: Ergo ejus de magna carmen Eliſa
Cantando recolam, (paſtorum ea maxima præſes.)
Quod panxit propter labentis murmura rivi,
Et ſtringens modulos ad lapſum attemperat undæ.

NYmphæ, lacteolæ Nymphæ, quæ flumine puro
Pectora lucidiora lavatis;
Pauliſper vitreis, vos oro, emergite tectis,
Meque rogante, reflectite viſus.
Túque innupta cohors Parnaſſia templa frequentans,
Defluit unde Helicon, ſanctis pia cura poetis;
Laudes doceto ebuccinare
Sydereæ celebres Eliſæ,
Fœminei ſexûs quæ longè antè eminet omnes.

Candida in æternum vobis ſit carmen Eliſa,
Illa per omnia virgo beata.
Virginei flos illa chori ſine fine vireſcat,
Sceptigeroque decore coruſcet.
Immaculata etenim Syringis filia fertur,
Quam Pani enixa eſt Thameſini ad littoris undam.
Indè orta Majeſtas relυxit,
Ætherea indè propago fulſit;
Cujus nè minimâ ſordeſcit gloria labe.

See where she sits upon the grassie green,
(O seemely sight)
Yclad in Scarlet, like a Mayden Queen,
And Ermines white.
Upon her head a Crimosin Coronet,
With Damask Roses, and Daffadillies set:
Bay-leaves between,
And Primroses green,
Imbellish the white Violet:

Tell me, have you seen her Angel-like face,
Like *Phœbe* fair?
Her heavenly behaviour, her princely grace
Can you well compare?
The Red-rose medled with the white yfere,
In either cheeke depeincten lively cheere:
Her modest eye,
Her Majesty,
Where have you seen the like but there?

I saw *Phœbus* thrust out his golden head,
Upon her to gaze:
But when he saw, how broad her beams did spread,
It did him amaze.
He blusht to see another Sun below,
Ne durst again his fiery face out-show:
Let him if he dare,
His brightness compare
With hers, to have the overthrow.

Shew thy self *Cynthia*, with thy silver rayes,
And be not abasht:
When she the beams of her beauty displayes,
O how art thou dasht?
But I will not match her with *Latona's* seed,
Such folly, great sorrow to *Niobe* did breed:

Now

En! viden' ? ô oculis ſpectacula grata tuentis!
Ut viridantibus aſſidet herbis.
Ut viridi vernat velamine regia virgo,
Pallia tincta virore refulgent.
Multicolor lambit regalia tempora ſertum,
Purpureo aſphodelis interlucente roſeto.
Has Daphnis interſerpit herbas,
Primula veris eam ſecuta,
Lucida luteolo pinxit violatia tinctu.

Dicite, divinos vultûs vidiſtis honores ?
Cynthia ut orbe micante renidet;
Regales habitus Majeſtatemque venuſtam
Anne quod æquer in orbe repertum ?
Alternæq; roſis interflua candida rubris
Vivo animans utraſque genas inſpirat honore.
En quale ſignum celſitatis
Ore oculoque micat pudico !
Obvia ubi veſtris ſpectacula talia ocellis ?

Auricomo (vidi) Phœbus caput extulit orbe,
Ut faciem tueatur Eliſæ;
Sed poſtquam vidit radiantia virginis ora,
Attonitus, ſtupiduſque receſſit;
Erubuitque alium ſubter ſe ſurgere ſolem,
Igniferumque iterum caput exeruiſſe timebat:
Lumen ſuum componat ergò
Auricomæ radiis Eliſæ,
Scilicet ut victus caput atrâ in nube recondat.

Eja, age, pande modò radios argentea Phœbe,
Si potes abſque rubore, micantes.
Quòd ſi tum formæ radios fortè explicet illa,
Ut ſubito inficis ora rubore !
Sed Latonigenæ non fas contendere proli
Iſtam, ſic Niobe numeroſâ morte cadebat;

Nunc

Now ſhe is a ſtone,
And makes daily mone,
Warning all other to take heed.

Pan may be proud that ever he begot,
Such a Bellibone:
And *Syrinx* rejoyce, that ever was her lot
To bear ſuch an one.
Soon as my younglings cryen for the dam,
To her will I offer a milk-white Lamb:
She is my Goddeſs plain,
And I her ſhepheards ſwain,
Albe forſwonke and forſwat I am.

I ſee *Caliope* ſpeed her to the place,
Where my Goddeſs ſhines:
